PIISS. ET FI-
DELISSIMO D. N.
DOMINO AC PRAECEPTORI SVO
cum primis colendo.

SAlus in CHRISTO. Pudet me tuam humanitatem mea ſchedula, negociorum fluctibus magis obrutam, quam occupatam, obtundere et interpellere, tamen pietas in Deum & proximum, me nolentem uolentem urget, adeoq; calcar impellit, ut alijs pro uirili ſubueniam. Sed quia hac in re non ſatis per me ſapio, Ideo tuum conſilium maxime expeto, quod non tam mihi, quam omnibus pijs ornatiſs. futurum eſt. Verum ut exactius optime præceptor dinoſcas, ſummatim totam cauſam deſcripturus ſum.

Eſt nobis puella circiter annos ſedecim nata, dæmoniaca, Quod genus exemplum nunquam mihi uel lectum uel auditum eſt. Corripitur enim furore Sathanæ certis horis, Hac conditione, ut numulos, groſſos & aliud numiſma Marchiticum rapiat, ex ueſte, nunc ex barba adſtantis, nunc ex menſa. Quid multis e